Epistola 177. IOHANNI COCCEJO IOHANNES BUXTORFIUS. 242

S. P. Reverende et Clarissime Vir, Amice plurimum honorande;

Accepi praeteritis nundinis per D. Haenen Bremensem, tuo nomine, illustrem
et eruditissimum tuum in XII Prophetas Commentarium, quem valde desiderabam.
De eo ut Ecclesiae quam iis thesauris beasti, tibi, qui eo immortale nomen tibi acquisi-
visti, gratulor, ita quoque pro tam splendido munere quo me ornasti, gratias magnas
habeo. Antidori loco mitto exemplar Anticriticae meae, Χαλκεα αντι χρυσεων
...

Epistola 176. IOHANNI COCCEJO IOHANNES VALCKENIER 241

Admodum Reverende, Celeberrime Vir

Literae tuae pietatem ac humanitatem insignem spirantes dulci laetitiae imbre me
perfuderunt. Dulcius mihi a longo tempore non accidit, quam illarum inter-
ventu solvi metu iacturae benevolentiae tuae erga me pristinae quam emor-
tuam rebar ex diuturno silentio. Consilium tuum apud me et illos quorum in-
terest in precio erit missisque ocyssime literis ad affinem meum coetus illius pasto-
rem vigilantissimum id operam dabo, ut propediem sentias eventum consilio utique
parem. Nullus enim dubito e tam candidissimo pectore non aliud emanaturum con-
silium quam quod Ecclesiae Dei saluberrimum iudicas. Et plurimum refert talem
gregi luporum agmini exposito pastorem praefici qui et solertia doctrinae et pietate
vitae suis praeluceat. Querela tua sancta et iusta de corruptis iuvenum moribus
ac praepostero sacra tractandi ordine mea quoque est. Tecti structuram infelices
architecti non iactis prius fundamentis aggrediuntur tristi praesagio olim fore extinctam
cum pietate sapientiam illam quam tu cum fortissimis Ecclesiae heroibus unice soli-
dam aestimas. Eam tecum non ex scriptis barbariem prisci aevi redolentibus, sed
Verbo Dei animas sanctificante hauriri censeo. Sed et fini maior Deo sapientia exsur-
git gloria quod Scripturae potentia regnum illud tenebrarum exitio fidelium non
praevalet. Labores tuos agnoscit cum veneratione Ecclesia plurimis thesauris a te
locupletata. Perge sic Calvini Bezae et caeterorum heroum tradux nos docere
quod sit nervorum Scripturae robur, quis sapientiae nucleus fiat inclusus. Non
desunt piae animae hoc nomine tibi gratitudinem voventes quod styli sacri ma-
iestatis pleni amore saeculum inflammas, et doctrinae eadem propagatae purpuram
a sordibus vanitatum humani cerebri vindicas. Nullum tibi maius paras in vita decus
nec maius inde tibi in ipsa morte solatium. Multi prius sapientiae mundanae amant
pani veritatis coelo datae studio publicum Ecclesiae et privatum animarum suarum com-
modum quaerunt. Certe si quaerenda nobis ea sunt quae Christi sunt Verbi eius, quod
efficacia stupenda vires quoque ingenii superat, animas huic et vitae coelesti restituentis neglectus
nonnisi pestilens esse potest. Hanc mihi mentem esse liquet ex brevi opusculo tibi antehac
misso contra Anabaptistas elaborato, in quo demonstro e propriis Scripturae dictis sponte fluere
argumenta concisa et nervosa ad debellandos foedissimos errores. Placuit id methodi per-
spicuitate doctissimo Principi Christiano Principi Anhaltino, qui propria manu ad me
exaratis literis non modo id sibi placere testatur sed et viris exemplo D. Wendelini p. m.
me ad se blandissimis verbis acivit. Disputationes destruendo Idolo Romano paratas brevi
collectas edam. Habeo et alia sed vix ausim ego pusillus praecipere. De Vocatione Magorum
ad Christum institui sacram exercitationem brevi ad publicum prodituram, praeponenda Theo-
logicae philologicis mixta ut excitem iuvenes ad L. S. studium. Calvini institutiones priva-
to labore in tabulas analyticas redigere coepi persuasus laborem fore utilissimum et gratissimum.
Praelego Valas in Hebraicis lectionibus ~~...~~ In theologicis controversias Remonst. de Gratia et

Quid patriæ nostræ facessat Oldenburgius, Ehen ad vos proprior nuncius referet, ...
ratorem proscriptione in conventu Pragensi ab Electoribus, (uti mihi fert animus) unicè ...
Oldenburgicæ faventibus, procuratâ savire, amicam oblatam compositionem, iniquis petitis ...
omnis possessionem tentatum, imò sine inpetitione jam tolerium obtinere. Pessim ...
averterat contra nos decernuntur in præsentibus comitijs, quæ ab Imperatore Electores ad ...
clectionem sollicitante impetrabuntur. Ordinum contradictio hac tempestate vix ulli valor ...

Libero arbitrio, Scientia media, Necessitate et Contingentia etc. tracto. Hic ...
disto. Impediunt publici mei concatenati labores privatam industriam. Doleo tibi
incumbere gravem illam Venerandi collegij vel senio vel morbo impeditis occupationum
molem. Roboret te Deus suo Spiritu viresque corporis et animi augeat. Est Indigens
sane Vestra Academia hoc statu ope alicuius digni viri ..., qui in partem laborum ...
niat ac te rite æstimet et placide tecum vivat. Non postrema est ea felicitati ...
na pars eodem concordes iugum trahere. D. Morium vobis adiungendum constans ...
Deus præsit Curatorum consilio Ineoque nutu flectat in Ecclesiæ et Academiæ bonum
mor. Simultates illæ olim flagrantes inter D. Spanhemium p. m. et D. Morium mihi quoque
haud parum invidiæ et odij conviciorum ut solet ferocissimi conciliarunt. Doleo ...
seros adeo ulceribus animorum male affectorum ungues inijcere, ut nonnisi in dissensi...
bus ad convicia et calumnias recurrendum sibi existiment. Malum hoc ex contentione
meditationis Oraculorum Dei quæ sola adferunt animo temperiem et menti sequius
canti lucem. Familiæ tuæ hactenus morbo conflictatæ restitutam gratulor valetu...
nem, eamque voveo velis perennem. Mea Coniux cuius dotibus eximijs post Deum
me unice felicem prædico, Amstelodamum profecta est ad suos cum filiolo
hac vita pro ætate admodum grandi et robusto cui Deus Spiritus sui dona larga manu
ferat. Illum sacris dicatum si ego hinc sursum evocarer semper tibi commendatum
velim. Uxor difficillimo partu illum enixa gravissimis conluctata postmodum fuit ...
quo factum ut secundæ prolis cuius spes aderat, iacturam intempestive senserim.
Sed resarcijt Deus damnum coniuge aliquot menses uterum ferente, cui Deus ...
proxima felix largiatur puerperium me precibus tuis adiuva. Carior mihi est ...
ux vita ipsa. Ferijs canicularibus ut nos in prædio D. Vorstio cognito cum ...
et coniuge tua convenias rogo. Mense Julio istic loci morabor revers... ...
mense quo enixuram partum meam cum Deo spero. Sed æquo sum prolixior. Vale ...
cum honoratiss.a tua coniuge et dulcissimis liberis. Deus O. M. vos clementer protegat.
Salutem pl. dico Venerandis DD. Collegis Trijlandio et Heydano, quorum huic ...
scripsi, rogoque ut illum moneas beneficij postulati memor sit. Dabam Lugd...
1653. 10. Martij.

Tuæ Rever. ac Clariss. devotiss.
Joannes Valckenier

Salut. ac obsequium meo nomine
Clar. D. Lindano, Hornaeo meo quondam
intimo, Golio et inprimis D. Vorstio.

Salutat te D. Flockenius. Si fieri poterit proximo
mense, quo creatus Rector apud nos Hagam profecturus
in transitu vultum tuum exosculabor. Vale in Deo
Academiæ splendori et Ecclesiæ saluti anima pientissima
et sapientissima.
Petij à D.o Revio ut studiosum quendam pium et eruditum
mihi notum reciperet in collegium, sed nondum mihi respon-
dit.

fol. 693.